Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)
1732 Seite 60



que in eo laus & laudator. Nam quemadmodum qui ſeipſum intuetur in ſpeculo idem ipſe eſt qui videt, & qui videtur: ad eundem modum & gratia, ubi invenerit requiem, atque in homine inhabitaverit, ibidem & glorificat hominem, & glorificatur ab illo. Abſque autem illius auxilio, non valet cor placere ei, neque compunctione repleri, ad confitendum, ut debet, Domino: ſed pauper eſt, bonorumque indigens, habitantque in eo turpes & execrandæ cogitationes, ſicut nycticorax in domicilio. Hominis eſt gratiam invocare, ut illa adveniens, mentem ejus illuminet; purificanſque ſeipſum homo, eam inhabitatricem & auxiliatricem ſibi acquirat, & per eam quaſcumque virtutes exerceat; illuminatuſque ab ipſa, varium ac multiplicem omnino futuri ſæculi decorem contemplari valeat: efficiturque ei murus & antemurale, & cuſtodit ipſum ab hoc ſæculo in vitam futuri ſæculi. Inclina ergo aurem tuam, cariſſime, & ero tibi bonorum conſiliator, ſi ad vitam cupis æternam pervenire, & beatitudinem Domini tui conſequi. Dic mihi, cur aqua abluis faciem tuam? numquid ut proximo tuo placeas? necdum ergo, ut videtur, reſpuiſti paſſiones carnis tuæ, ſed eis adhuc ſervis. Quod ſi faciem tuam lavare deſideras, lacrymis eam abluito, & ſuſpiriis ac fletibus eam lavato, ut in conſpectu Dei & ſanctorum Angelorum cum gloria ac claritate reſplendeat. Nam facies quæ lacrymis abluitur, immarceſcibilem pulchritudinem acquirit. Sed fortaſſe dicturus es mihi: Pudet me turpem atque deformem faciem præferre. Verum ſordes pedum tuorum vultuſque tui, ſi cor mundum caſtumque habueris, ſuper claritatem ſolis inter Deum & ſanctas virtutes refulgebunt. Quorſum autem temere ac paſſim rides? nonne plangere atque lugere potius deberes? Et hoc unde, niſi quod non appetas beatitudinem ejus, neque ſupplicia quæ ipſe comminatur, pertimeſcas? Qui igitur tentationes expertus eſt, commonere eos poterit, qui necdum eas ſunt experti: & qui in latrones incidit mercator, viatores poterit cautos atque ſollicitos reddere. Quoniam vero & ego ex parte tentatus ſum, (quod prudentiæ tuæ commemoro,) & ob meam ignaviam ad horam dumtaxat cautelam adhibui, rurſumque per meam inertiam atque pigritiam in eadem recidi: ideo conſilium vobis præbeo, qui eſtis dilectus grex Chriſti, ne propter carnales paſſiones, ac hujus vitæ voluptates, divina gloria privemini, & a puro illo exultationis atque lætitiæ thalamo rejiciamini. Scitis enim, quod labor

exer-

A ἐπαινέτης. Καθάπερ γὰρ τις κατανοῶν εἰς ἔσο-
πτρον, ὁ αὐτὸς καθορῶν ἐστι καὶ ὁρώμενος· ὁμοίως καὶ
ἡ χάρις, ὅπου δ' ἂν εὕρῃ ἀνάπαυσιν καὶ ἐνοι-
κήσῃ ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ δοξάζει αὐτὸν καὶ δοξά-
ζεται ὑπ' αὐτοῦ. Χωρὶς δὲ τῆς παρ' αὐτῆς βοη-
θείας οὐκ ἰσχύει ἡ καρδία ἐπαρκέσαι ἑαυτῇ, οὔτε
κατανύξεως πληρωθῆναι, ἐξομολογήσασθαι δεόν-
τως τῷ δεσπότῃ· ἀλλὰ πτωχή τις καὶ ἐνδεὴς
B τῶν καλῶν ὑπάρχει, καὶ οἰκοῦσιν ἐν αὐτῇ οἱ
ἀπευκταῖοι καὶ ῥυπαροὶ λογισμοί, ὥσπερ νυκτι-
κόραξ ἐν οἰκοπέδῳ. Ἀνθρώπου τοίνυν ἐστὶν ἐπι-
καλέσασθαι αὐτήν, ἵνα ἐλθοῦσα φωτίσῃ τὴν διά-
νοιαν αὐτοῦ, καὶ ἁγνίσας ἑαυτόν, ἔνοικον αὐτὴν
καὶ βοηθὸν κτίσηται ἑαυτοῦ· δι' αὐτῆς δὲ κατορ-
θώσῃ πᾶσαν ἀρετήν· καὶ φωτισθεὶς ὑπ' αὐτῆς,
δυνηθῇ κατανοῆσαι τὴν ποικιλίαν καὶ εὐμορφίαν τοῦ
C μέλλοντος αἰῶνος· γίνεταί τε αὐτῷ τεῖχος καὶ ὀχύρω-
μα, καὶ φυλάττει αὐτὸν ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου εἰς τὴν ζωὴν
τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Κλῖνον τοίνυν τὸ οὖς σου, καὶ
γίνομαί σοι σύμβουλος, ἀγαπητέ, εἰ ἐπιποθεῖς
ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τὸν μακαρισμὸν τοῦ Κυρίου σου.
εἰπέ μοι, τί νίπτεις τὸ πρόσωπόν σου ὕδατι;
ἵνα τῷ πλησίον σου ἀρέσῃς; ὡς οὕτω ἔοικεν, οὐ
διέπτυσας παθῶν τῆς σαρκός σου, ἀλλ' ἐν αὐ-
τοῖς δεδούλωσαι. εἰ δὲ θέλεις νίψασθαί σου τὸ
D πρόσωπον, νίψον αὐτὸ δάκρυσι, καὶ πλῦνον αὐ-
τὸ κλαυθμῷ, ἵνα λάμψῃ μετὰ δόξης ἐνώπιον τοῦ
Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων Ἀγγέλων· πρόσωπον γὰρ
νιπτόμενον δάκρυσι, κάλλος ἐστὶν ἀμάραντον. Ἀλλ'
ἴσως ἐρεῖς μοι ἐρυθριᾷν τε τὸν ῥύπον τοῦ προσώ-
που; ὁ ῥύπος τῶν ποδῶν ἴσθι καὶ τοῦ προσώπου
σου μετὰ ἁγνῆς καρδίας, ὑπὲρ ἥλιον λάμπει με-
ταξὺ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων δυνάμεων. Τί δὲ
E καὶ γελᾷς ἀδιαφόρως; πενθῆσαι δὲ προσαχ-
θείς, κατεκυλινδήθης ἀπὸ τοῦ γέλωτος. Πόθεν δὲ
τοῦτο; τὸν μακαρισμὸν αὐτοῦ ἐπειδὴ οὐκ ἐπόθη-
σας, οὐδὲ αἱ τιμωρίαι αὐτοῦ φοβοῦσί σε. Ὁ
πειρασθεὶς δύναται παραινέσαι τοῖς ἀπείροις·
καὶ ὁ λῃσταῖς περιπεσὼν ἔμπορος, τοῖς ὁδοιπο-
ροῦσι τὴν ἀσφάλειαν ὑποτίθεται. Ἐπειδὴ οὖν
ἐκ μέρους ἐπειράσθην, λέγω τῇ συνέσει σου,
F διὰ γὰρ τὴν ἐμὴν χαυνότητα πρὸς ὀλίγον ἠσφα-
λισάμην, καὶ πάλιν ἡ ῥαθυμία με εἰς τὸ
αὐτὸ κατέστησε. Διὸ συμβουλεύω ὑμῖν, ἀγα-
πητὸν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, μὴ διὰ τὰ πάθη
τῆς σαρκὸς καὶ τὴν τοῦ βίου ἡδονὴν στερηθῇς ἀπὸ τῆς
δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ξενωθῇς τῆς ἀκηράτου εὐφρο-
σύνης καὶ ἀγαλλιάσεως τοῦ νυμφῶνος. Ἴστε γὰρ
ὅτι ὁ μὲν κόπος τῆς ἀσκήσεως, ὥσπερ ὕπνος,
παρ-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0308
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg